



Venatio Sacra. Sive Puer Amissus

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Elegia XXIV. Adiurat B. Virgo Puerum, vt redeat: sin, eum optat floribus
inscribi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70011)

Flecte nouas alio stadio Iosephe quadr'gas :
 Area nulla tuis hinc patet apta rotis.
 Quis precor, vmbrosis vbi nox stat plurima syluis,
 Quærat inextincti nobile solis iter?
 Eia Sionæi iuga suspice candida montis:
 Montibus e summis surgit Eoa dies.

ELEGIA XXIV.

Adiurat B. Virgo Puerum, vt redeat:
 sin, eum optat floribus inscribi.

1. B. Virgo adiurat filium, vt recurrat.
2. Monet Matrem reuisat.
3. Omnibus rebus suum optat inscribi IESVM,
 vt vbius reperiat.

S Imemini refugo bis ab orbe recurrit in orbem
 Mobile signifero Solis iter stadio.
 Bisque redit mæror: quavis niger annis in hora,
 Quo sine sole dies, quo sine prole Parens,
 Et nulquam niueæ signant meâ turba columbæ
 Augurium, ac Pueri triste fugacis iter.
 Atque vtinam signent! sed quo magis auis errat,
 Hoc magis in pectus spicula certa iacit.
 Nescio qui fiat, quo longius auolat exsul,
 Hoc propius Gnati cor mihi torret amor.
 Ardeo, ceu Phœbe fraternis obuia flammis, (a)
 Dum procul ab Phœbo triste retorquet iter.
 Te per ego lacrymasque tuas, mi Gnate, measque,
 Has ego, quas læso pectore pasco, faces;
 Per quicquid tibi dulce sacro de flore pudoris,
 Influe Virgineos, influe, Parue, sinus.
 Et potes, & debes, is lucus, & orbis Amoris,
 Vt fugiat, refugoque orbe reflectat iter.
 Vtique facis, poteris. Puer es: iam lude per agros.
 Lude; sed in castos nocte recurre lares,

Virgineone

Virgineone sinu torus aptior vllus alemnno est?
 Grator an casto corde, fit ara Deo?
 Sed quid vbique vagum cassis inuito querelis,
 Nec magis æqua pari, quâ fugit, arte sequor?
 Nunquid t phratæas iter omne reuoluis in oras,
 Et iuuat hic cunas visere Parue tuas?
 Sin tener inuisis Memphitidas exsul arenas;
 Fac, tibi, Gnate, Parens quâ comes iuit, ear.
 Ibo comes; MARIA Mne tuus tum faller IESVS?
 Fallere non nouit Virgine natus Amor.
 Si tamen auersas hoc orbe retorquet habenas.
 Et procul hospes abit, non tamen hostis erit.
 O quoties, dixi, paucis quem carpsimus horis,
 Heu fugit ante diem flos tener ille suum!
 Quod superante sui felix de pignore voti,
 Flos modo lætus Amor, spina doloris erit.
 Siqua Dryas syluis occurrit idonea sculpi;
 Hic IESVM docili, spes mea, sculpe libro.
 Siqua virent, serpuntque nouis violaria pratis;
 Has lacrymas, IESVM queis sequor, opto bibant,
 Inscibatque suis folijs flos omnis IESVM;
 Quem sol in viridi luce, vel astra legant.
 Mater vbique suum quò sic deprendat IESVM,
 Quem flos aureolis pinget vbique notis.
 His dolor & violis MARIA M lacrymabile nomen,
 Et mea purpureo vulnera scribe stylo.
 Pulcher honos viduo sic iam florebit amori:
 Flos sit vt iste meis apta corona comis.
 Flos tener vt crescet; fructus sic crescet amoris.
 An MARIA & IESV pulchrior vllus Amor?

(a) Luna quo magis à solo recedit, plenior
 lucem accipit, uti fit in plenilunio.